Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Dominica prima in aduentu dni ad vesp. si ps an.

Custodite do capitu.

Ecce dies veniunt dicit dns et suscitabo do germen iustum et regnabit rex et sapiens erit et faciet iudicium et iustitiam in terra. ℟ Missus est gabriel. ℣ Orate celi desuper. ad mag. a Ecce nomen domini venit de longinquo et claritas eius replet orbem terrarum. Oratio Oratio quesumus domine potentiam tuam et veni ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te meamur pietate eripi te liberante saluari. Qui uiuis. Inuitatorium. Ecce venit rex o aduramus obuiam saluatori nostro. ℣ Ex syon species decoris eius.

Incipit ysaias ppha. Lectio prima.

Visio ysaie ppheta filii amos quam uidit super iudam et ierusalem in diebus osie ioathan achaz et ezechie regum iuda. Audite celi et auribus percipe terra quoniam dns locutus est. filios enutriui et exaltauerunt ipsi autem contempnentes spreuerunt. Aspiciens alonge ecce uideo dei potentiam uenientem et nebulam totam terram tegentem. Ite obuiam ei et dicite. Nuntia nobis si tu es qui. Qui regnaturus es in israel. ℣ Quia terrigene et filii hominum simul in unum diues et pauper. Iacob. ℣ Qui regis israel intende qui deducis uelut ouem ioseph qui sedes super cherubim. Nuntia nobis. ℣ Exerce dne potentiam tuam et veni ut saluos facias nos. Qui regis. Lectio secunda.